Collectio Latina dicta homiliarum XXXVIII (XLII) Iohanni Chrysostomo attributarum (Fasz. I); Origenes, In Leviticum homiliae XVI (interprete Rufino) (Fasz. II)

Seite 109v

do ungues & capilli & singulorum uari&as distinctioque membro
rum quomodo ista diuersitas ex una terrae natura formata est; Sed cer
tum est quod dare non poteris rationem, quomodo ergo cum ista quae ap
tiora sunt & faciliora explicare non possis de difficilioribus & ineffabi
libus pronuntiare ausus es; Uis adhuc & faciliora tibi proponam atque
ea quae p(er) momenta habemus in manibus panem cotidie sumimus & ex
inde corporalis uitae substantiam conseruamus; Dic ergo mihi quo(modo) na
tura panis intra nos mutatur in sanguinem; quomodo ex ipso flegma
ex ipso &iam fellis substantiam fiat & diuersae (h)umores generentur
Cum utique natura panis densa quaedam sit & conpacta haec uero in
quae mutatur remissa sint & fluida; Tunc deinde color panis uel candidus
est uel a(d) frumenti speciem redditur. color uero sanguinis rubeus & fellis
nigri & uel praui c&erorumque humorum longe diuersi & uarii;
quomodo ergo fiunt haec dic mihi & horum redde rationem sed cer
tum est quod non solum hesitabis sed & tacebis; Rectum tibi uid&ur ut
cum ratione eorum quae cotidie in nobis fiunt inuestigare non ualeas
Diuini operis & conditionis d(e)i audeas secreta discutere & contradic
tionem inpossibilitatis ostendere; Si nostri similis est ds bene aperisteius
secundum communem sensum exp&is rationem, quin immo ne sic qui
dem; Multa enim sunt quae a se quidem hominum fiunt quomo
do tamen uel qua ratione fiunt explicare non possumus, Uerbi gra
tia quomodo de uenis terrae aurum fiat hoc fieri quidem uidemus ra
27 tionem uero inmutatae glebe reddere non ualemus, s(ed) & ad harena
arte hominum fit uitrum lucidissimum & multa alia his similia huma
na quidem experientia fiunt qua tamen ratione fiant mortalis ser
mo non explicat, Si uero opus quem utique humanas artes innume
rabiliter praecellere &iam tu fateris cuius uirtutem & potentiam
absque ulla conparatione non solum inter homines e(ss)e sed inter celes
tes uirtutes nemo umquam dubitauit, quomodo in singulis quib(us)
que figmentis suis discutiendum credis & humana artis infirmitate

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0224